



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 39. Publica Romæ lætitia ob Regis absolutionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

„Ecclesiam triumphantem in cælis in-  
gredi promereatur.„ His dictis Pro-  
curatores in Ecclesiam introducebantur,  
huicque solemnitati finis impositus fuit  
decantato Hymno Ambrosiano.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1595.

§. XXXIX.

*Publica Romæ latitia ob Regis  
absolutionem.*

Vix Pontifex postrema absolutionis  
verba pronuntiaverat, cum illico  
tubæ resonarent, reboantibus ex sancti  
Angeli arce omnibus belli tormentis;  
insuper festivæ audiebantur populi accla-  
mationes, pluriumque ædium foribus  
Franciæ insignia affigebantur: imo vix  
non omnes, etiam pauperes, hujus Re-  
gis effigiem coemebant; prius enim  
jam plures ejusmodi imagines æri in-  
cidebantur, ut postea in vulgus spargi  
possent: præterea summus Pontifex  
numismata cudi curabat, in quibus ex  
una parte Clemens, altera vero ex  
parte Henricus IV. effigiatus e hibeba-  
tur: porro postquam Joyosa Cardina-  
lis ex sancti Petri Basilica exierat, Of-  
fatum, & Perronium Procuratores  
suum currum conscendere rogans illos  
ad Nationis Gallicæ Ecclesiam sancti  
Ludovici conduxit, ubi rursus decan-  
tato S. Ambrosii Hymno Guilielmus

Ths. I. II3.  
Lettr.  
d'Offat t. I.  
lett. 33.

Hist. Eccles. Tom. LI. Kk Avan-



**Sæcul. XVI.** Avansonius Ebrodunensis Archiepiscopus sacrum solemne celebrabat: eadem **A. C. 1595.** autem die ad vesperam Scarfius de Giury Lexoviensis Episcopus eodem officio fungebatur in sanctæ Trinitatis Templo, in Mone-Pontio, ubi Fratres Minimi degunt: adhæc altera die ambo hi Præfules in præfatis duabus Ecclesiis solemni ritu rem divinam peragebant: die vero Dominica vigesima quarta Septembris, quæ post indultam absolutio- nem erat octava, ambo Procuratores sacro a summo Pontifice celebrato in- tererant, ibidemque ab eodem sacra Synaxi unacum pluribus aliis Nobilibus eos comitantibus reficiebantur.

## §. XL.

*Senatusconsultum contra Surgerii  
Doctōris sermonem.*

**Thu. l. II4.** Cum hæc interea Romæ gererentur, Parisiensis Senatus nil eorum præ- termiserat, quæ ad conservandam pa- cem, & reprimendos seditiosos confer- re arbitrabatur, eapropter, sicut jam ante retulimus, cujusdam Religiosissimo Florentii Jacob theses Mense Ju- lio damnaverat, insuper die decima tertia Septembris Zelum suum exere- bat, dum Franciscus Surgerius in sanctæ Crucis coenobio vitam monasticam Lu- tetiæ professus, ac Theologus ad Senatum dela-